

Exercitium Historico-Theologicum De Hierarchia Ecclesiastica

Nunc Recusa, Rostochii, 1718

<https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1860371396>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 2.Dez. 1696

Fechtius, Joh. /c

Q. F. F. Q. S.

E. Rudloff

EXERCITIUM HISTORICO-
THEOLOGICUM

DE

HIERARCHIA ECCLESIASTICA.

QUOD

EX BENEVOLO VENERANDÆ IN CELEBERRIMO AD
WARNUM ATHENÆO FACULTATIS THEOLOGICÆ INDULTU,

PRÆSIDE

VIRO MAGNIFICO, SUMME REVERENDO,
AMPLISSIMO EXCELLENTISSIMOq;

DN. JOHANNES FECHTIO,

SS. THEOL. DOCTORE ET PROFESS. LONGE
CELEBERRIMO, CONSISTORII MECKLENBURGICI
DUCALIS ASSESSORE GRAVISSIMO, DISTRICTUS
ROSTOCHIENSIS SUPERINTENDENTE MERITISSIMO,
FACULTATIS THEOLOGICÆ h. t. DECANO ADMODUM
SPECTABILI, EVERGETA AC PATRONO QUOVIS
OBSEQVII CULTU ÆTATEM DEVENE-
RANDO

AD D. 2. DEC. 1696. LOCO ET TEMPORE SOLITIS

PLACIDÆ BONORUM DISQUISITIONI MODESTE EXHIBET

NICOLAUS NORBY,

OL. FIL. GOTHL. SVECUS.

ROSTOCHII, Nunc Recusa 1718.

EXERCITIUM HISTORICO
THEOLOGICUM
DE
HIERARCHIA
ECCLIASTICA.

Quod
FACULTAS THEOLOGICA IN ECCLESIA
HABERE DEBEAT
P. A. S. I. D. E.
K. M. G. V. I. C. O. S. U. M. M. E. R. E. V. E. N. D. O.
M. G. V. I. C. O. S. U. M. M. E. R. E. V. E. N. D. O.

DR. JOHANNES FECHTIO.
SS. THEOL. DOCTOR
CONSISTORII
D. U. C. A. S. A. S. S. I. S. S. O. R. E. G. R. A. V. I. S. S. I. M. O. D. I. S. T. R. I. C. T. O.
D. U. C. A. S. A. S. S. I. S. S. O. R. E. G. R. A. V. I. S. S. I. M. O. D. I. S. T. R. I. C. T. O.
D. U. C. A. S. A. S. S. I. S. S. O. R. E. G. R. A. V. I. S. S. I. M. O. D. I. S. T. R. I. C. T. O.
D. U. C. A. S. A. S. S. I. S. S. O. R. E. G. R. A. V. I. S. S. I. M. O. D. I. S. T. R. I. C. T. O.
D. U. C. A. S. A. S. S. I. S. S. O. R. E. G. R. A. V. I. S. S. I. M. O. D. I. S. T. R. I. C. T. O.
D. U. C. A. S. A. S. S. I. S. S. O. R. E. G. R. A. V. I. S. S. I. M. O. D. I. S. T. R. I. C. T. O.
D. U. C. A. S. A. S. S. I. S. S. O. R. E. G. R. A. V. I. S. S. I. M. O. D. I. S. T. R. I. C. T. O.
D. U. C. A. S. A. S. S. I. S. S. O. R. E. G. R. A. V. I. S. S. I. M. O. D. I. S. T. R. I. C. T. O.
D. U. C. A. S. A. S. S. I. S. S. O. R. E. G. R. A. V. I. S. S. I. M. O. D. I. S. T. R. I. C. T. O.

PLACID. BONONIUM DISQUISITIONI MODESTE EXHIBET
N. O. L. A. S. N. O. L. A. S.
O. L. I. E. G. O. T. I. C. A. S. V. E. C. H. S.

ROSTOCKII, Anno Recus. 1718.



B. L. S.



Historiam Civilem, quæ flumen orationis aureum fundenti Tullio testis temporum audit, lux veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ & nuntia vetustatis, (a) magna esse utilitate nec jucunditate minori, extra controversiæ aleam positum est, certe esse debet. Hujus vero præstantia utut magna sit atque insignis, tanta tamen non est, ut ad Historiæ Ecclesiasticæ, cujus est res cedro dignissimas inde usque ab Apostolorum temporibus recensere ac depromere, fastigium assurgat. Quicquid enim Civilis Historia.

A 2

utili-

(a) l. 2. de Oratore Edit. Lambin. p. m. 202.

utilitatis habet, id majori cum fructu hic
 conjunctum reperire licet, sive objectum,
 sive exempla rerum gestarum, sive virtu-
 tum spectacula respicias, *judice Viro Sum-
 mo Laurentio Normanno, Professore Upsali-
 ensi longe celeberrimo.* (a) Cum sit autem cam-
 pus, in quo possit exultare oratio, in hasce nunc
 angustias *Historia Ecclesiastica* laudes com-
 pellimus. Quorsum vero ea, quæ attulimus,
 eant, cuivis in proclivi est videre, ut scilicet
 substrata materia ex illustri sua sede aliquid
 commendationis accedat. Nam non pauca
 fateor mihi arrisisse diversi generis argumen-
 ta & utilitatis & jucunditatis laude neuti-
 quam defraudanda, vicit tamen præsens ex
Historia Ecclesiastica pennu depromptum. Dum
 ergo nobis jacta est alea, bonorum duntaxat
 venia hallucinationibus nostris est exoranda,
 qua, ut spes est, impetrata, Momis placere
 diffidimus. *ἔτ γὰρ σὺν ὧν τῷ ἀρτεσὸν αἰνῶσαι,
 ἔτ ἀνέχων.* (b)

(a) Colleg. priv. in *Historiam Eccl. c. αἰνῶσαι*.

(b) *Theogn.*



Ox *Hierarchie* in Græcia oriunda ac civitate Latina procedente tempore donata sacris usibus interveniens illum ordinem significat, qui constat ex *Episcopis, Presbyteris ac Ministris*, non ordine tantum, sed gradibus a se invicem distinctis, quo sensu etiam nos nunc illam accipimus, (a) missa generali ejus significatione, qua quemvis sacrum inter homines ordinem potest denotare, Ea autem notione intellecta satis acres experta est impugnatores, arrogantiam sibi objicientes, quemadmodum nihil, ut in proverbio est penes Comicum, tam bene dictum, quin male narrando possit depravari. At neque veterum neque recentiorum auctoritate destruitur. Illos ut mittamus, ex his præter D. D. Gejerum, (b) Virum ob præclara sua *ἐξυψηλота* immortalī laude afficiendum, cui hanc vocem reperias usurpatam, vadimonium ejus suscipit Joh. Chr. Becmannus, cujus sub hac inscriptione eruditissima extat Dissertatio. (c) His etiam jungimus Polyhistora Laur. Normannum, & id vocis crebrius usurpantem. (d) Si autem dicas eam e poemæis Ecclesiæ Christianæ eo nomine eliminandam, quod, teste Budæo, paganismo suos debeat natales, id aliquid nihil est: quid enim, quæso, vocabulo

(a) *Becm. Notie. Dign. Illustr. Diss. XXII, S. 1. p. m. 315.*

(b) *Comm. in Psalm. 80. 10. p. m. 1473.*

(c) *Diss. cit.*

(d) *loc. cit.*

cabulo Theologiæ, quid aliis fiet, quæ relictis suis
sedibus in civitatem Christianam commigrarunt?

§. 2. Ne quæ vero tenebræ oborirentur ex offu-
ciis Scholasticorum, (famosi istius hominum generis,
quod de fordibus Theologiæ adpersis ubivis male
audire videas) *Ecclesiastica* vocem in inscriptione ad-
didimus. Nobis enim haur probatur triplex iste
Hierarchiæ chorus, quem dicti homines pro sua,
quidvis fingendi libidine sunt architectati. Esse,
quoddam Angelorum τάγμα aliud alio superius di-
cas licet, non modo non repugnantibus, verum &
approbantibus nobis: eo enim nos ducere videntur
sacra Oracula, quæ θεῶν, κυριότητος δεξιάς καὶ ἐξουσίας
commemorant, (a) exinde tamen, quod Scholasti-
cis arridet, nec quicquam conficies. Sed hæc, quæ
nostri non sunt instituti, ad alios discutienda mitti-
mus, ad ea, quæ rem ipsam tangunt, festino, quod
ajunt pede properaturi,

§. 3. Apostolos, ut ab iis fiat initium, nulli cer-
tæ affixos fuisse sedi, sed per totum, qua pater, ter-
rarum orbem fuisse profectos (sive id per pactum,
(b) sive, ut nonnullis creditur, per sortem, (c) sive
denique, quæ aliorum sententia est, per Spiritus
Sancti ductum in has illasve oras (d) contigerit)
noti-

(a) Col. 1. 10. Eph. 1. 21. 1. Petr. 3. 22. & qui allegantur apud
D. D. Quenstedium Syst. Theol. T. 1. p. m. 481. b.

(b) ex Gal. 2. 9.

(c) Euseb. l. 3. Hist. Eccles. Cap. 1. p. m. 46.

(d) vid. exemplum Philippi Act. 8. v. 39.

notius est, quam ut demonstratione egeat. Hisce igitur uti ex æquo Ecclesiæ cura fuerat deman- data, (a) ita eodem gaudebant omnes dignitatis gra- du. Ut frustra sint Pontificii, qui invita sacra pa- gina, *ὡς ἐξ ἑνὸς* Petro in reliquos Apostolos eunt vin- dicatum. Posse huic Apostolorum coronæ, uti Pa- tribus salutatur, nonnihil concedi haud inviti largi- mur, sive id dare libuerit ætati, sive alii præroga- tivæ. Si enim Andræam demas, reliquos creditur omnes ætate superavisse, ut taceam, quod nomine totius Collegii aliquoties verba fecerit, (b) præci- puorumque Christi miraculorum extiterit spectator. (c) Hæ tamen prærogativæ, quas ad numerum tri- cenarium cum quinario extendit Bellarminus, (d) eo non valent, ut insigniorem præ reliquis *ἀξιώματός* gradum Petro nostro conferant concilientve. Ali- as enim non recte atque ordine egisset *Jacobus*, quem in Concilio Hierosolymitano reliquorum nomine, fuisse locutum, testis est Lucas *ἀξιωματώτατος*. (e) Pari ratione neque *τὸ πρῶτον* observatum fuisset *Paulo*, si se majorem coram Ecclesia tam acriter incre- puisset, (f) nec æquo id animo excepisset Petrus, nisi se novisset esse duntaxat *συμπροβύτητον*. (g) Si por-

(a) Job. 20. v. 21. Matth. 28. v. 19.

(b) ut Matth. 18. 18.

(c) Matth. 17. 1. &c.

(d) Lib. 1. de Rom. Pont. Cap. 17. seqq. apud M. Anton. de Do- minis de Rep. Eccl. l. 1. c. 9.

(e) Act. 15. 13.

(f) Gal. 2. 11.

(g) 1. Petr. 5. 13.

porro ad Historiam Ecclesiasticam Primorum Secu-
lorum descenditur, facilius ex pumice aquam, quam
inde Petro ὑπεροχὴν elicias. Audiamus seculi Ter-
tii Patrem Cyprianum: *Hoc utique, inquit, erant ce-
teri Apostoli, quod Petrus fuit, pari consortio prediti,
& honoris & potestatis. Item Episcopatus unus est, cu-
jus in solidum pars tenetur. Et Christus ex aequo omni-
bus dixit: Quotiescunque remiseritis &c.* (a) Et in ipsa
Roma diu fuit observatum, quod in sigillis Pontifi-
cum Romanorum Paulo dextrum habente latus, Pe-
turs sinistrum occupet, (b) qua de re Jesuita qui-
dam longam laciniosamque conglomerauit Disserta-
tionem. Rursus Episcopatum Petri Pontificii cre-
pant, at illud μέγα λαν αἰτήμα. Fuisse Petrum Ro-
mæ, sunt qui inficias eunt tam ex nostratibus, quam
ἐξ ἀλλοφύλων. Nam præter D. Brochmandum (c)
& D. Enevaldum Svenonium (d) id ipsum, præ-
euntibus Centuriatoribus Magdeburgensibus, Lu-
cæ Osiandro tam parenti (e) quam filio (f) videas
negatum, pollicem iis premente in magno & sub-
acto opere Guilielmo Wittakero, (g) Hosce vero si
quis

(a) apud Chemn. Exam. Conc. Trident. p. m. 397. a. conf. Chry-
sost. Hom. 47. in Matth.

(b) Vid. M. Ant. de Dominis: De Republ. Eccles. L. 4. c. 1.
n. 12.

(c) Syst. Theol. T. 2. Loco de Pont. Rom. Sect. 2 p. 803.

(d) in libro, qui inscribitur Babylon. Magna Ruens.

(e) Epist. Cent. Magdeb.

(f) Enchiridion contra Pontificios p. m. 79.

(g) De Pontifice Romano.

quis cum D. Strauchio (a) in defectu peccare, asse-
ruerit, me contradicentem non habebit. Placet,
interim iudicium Chemnitii Theologi incomparabi-
lis: *Magna sunt, inquit, inter eruditos contentiones:*
An Petrus Roma fuerit, quo tempore eo venerit, & quam-
diu ibi fuerit. Et fuisse ipsum Roma omnes Historici con-
sentiunt. (b) Cui *ὁμόψυχος* est Celeberrimus Nor-
mannus, Præceptor noster longe honoratissimus:
Usque adeo, inquit, multa sunt testimonia Antiquitatis,
ut si ea in dubium vocare velimus --- tum uno spiritu dif-
flare possumus, quicquid de Historia sacra & exotica adfer-
tur. (c) Demus igitur Petrum Romæ fuisse: demus
& ibi martyrio adfectum, at fuisse ibi per 25. annos
Episcopum constanter negamus.

§. 4. Sed e diverticulo in viam. Cum Apo-
stolis obeundus esset orbis, in partes vocatis viris
Apostolicis Presbyteros *κατὰ πόλεις* constituerunt. (d)
Per viros autem Apostolicos stricte sumta voce,
uti nobis accipitur, Apostolorum solummodo Au-
ditores, latius vero manente vocis significatu etiam
Episcopi, quos ante Synodum Nicænam orbis Chri-
stianus habuit, denotabantur. (e)

B

§. 5. Sed

(a) *Histor. Eccl. M. S.*

(b) *Harm. Evang. c. 50. p. 277. citante παναγιώτῳ Gerbarde*
Comm. in Epist. Petri p. 864.

(c) *Colleg. M. S. Conf. M. Ant. de Dominis De Republ. Eccl. L. 4.*
c. 1. n. 2.

(d) *Tit. 1.5 Añ. 14. 23.*

(e) *V. Reichenb. in Appendice ad Formulam Concordie p. m.*
42. med.

§. 5. Sed ad Presbyteros revertendum, de quorum nomine pauca dicemus. *πρεσβυ* vocem Græcis senem denotare cuilibet notum, qui vel primoribus, quod dicitur, labris Græcas literas degustavit. Cum autem in antiquis sit sapientia, & in multo tempore prudentia, (a) hinc factum, ut Seniorum nomen in dignitatis titulum abierit. Singularem Jacobo post fata præstitum honorem narraturus Moyses, omnes *πρεσβυ* domus Pharaonis, & omnes *πρεσβυ* terræ Ægypti in unum coactis fuisse commemorat. (b) Alia ut exempla prætervehar, de quibus D. D. Gejerus (c) & Joh. Seldenus (d) poterunt conveniri.

§. 6. Primitivæ igitur Ecclesiæ Pastoribus, pari gaudentibus auctoritate, Presbyterorum nomen honoris ergo tributum fuit, qui & ipsi titulo non minus specioso Episcoporum nomine veniebant. Ignoscant nobis Tridentini Patres, quod Scripturæ id asserenti (e) credamus, sibi que servant brutum suum

(a) *Job. 12. 12. conf. Ezech. 7. 26. 1. Reg. 12. 6. seq.*

(b) *Gen. 50. 6. seq.*

(c) *In Psalm. 105. v. 22.*

(d) *l. 1. Syned. p. 549.*

(e) *Conc. Trident. Cap. 4. de Sacram. Ordinis Canon. 7. (c.) Vid. Tit. 1. §. Ad. 20. 17. & ejusdem capituli vers. 28. conf. Chemnitii Exam. C. T. p. m. 419. seq. Becman. Notit. Dignit. p. m. 322. Canr. D. Quenstedt. System. T. 4. 409. & Antiqq. Bibl pag. 84. seq. Osiander in Refutatione. 8. proposit. Costeri. p. m. 42. Cundisius in Hutterum p. m. 929, &c, &c.*

saum fulmen in Conliabulo suo vibratum : Si quis, inquit, dixeris Episcopos non esse Presbyteris superiores, anathema sit. (a) In Epiphanii vero auctoritate, qui hæresis dicam Aerio eo nomine scripsit, quod Presbyterum ab Episcopo nihil differre, asseruisset, (b) non est, quod quis cupiat delitescere. Is enim κατηγορεῖ μὲν, καὶ ἀσεβῆ λέγει τὰς καὶ αἰτίας τῆς ἀσεβείας & λέγει, ut Socratis verbis in re non dissimili paululum inflexis utamur. Deinde auctoritatem auctoritati opposituri Hieronymum producimus, discrimen dictum non sine stomacho plurimis in locis impugnantem, quorum unum transcribere non pigror. Idem erat, inquit, Presbyter, qui & Episcopus, & antequam Diaboli instinctu studia vel schismata in Religione fierent, & diceretur in populis : Ego sum Pauli, ego sum Apollos, ego autem Cepha, communi Presbyterorum consilio Ecclesie gubernabantur. Postquam autem unusquisque eos, quos baptisaverat, suos esse putabat, non Christi, in toto orbe decretum est, ut unus de Presbyteris superponeretur omnibus & Schismatum semina tollerentur, (c) Hæc Hieronymus.

§. 7. Distinctionem igitur graduum Episcopos inter Presbyterosque prima tempora non videre.

B 2

Si

(a) Conc. Trid. c. 4. de Sacram. ordinis can. 7.

(b) apud Chemnitium Ex. Conc. Trid. p. m. 420. a.

(c) apud Becman. Notit. Dign. l. c. p. m. 323. Add. suffragia Irenæi, Origenis, Augustini & Ambrosii apud M. A. de Dominis de Rep. Eccl. l. 2. c. 3. n. 22. & Blondell, Apolog. pro sententia Hieronymi.

Si nomen duntaxat Episcoporum venamus, ea, fateor, notione, quæ in Sacris Literis usurpatur, frequenter satis, in significatione vero ὑπεροχῆς nunquam reperiēs. Procedente vero tempore nomina, qua prius erant communia, (Presbyteri & Episcopi) sunt divisa. Quæ distinctio nominum mox divisionem atque distinctionem munerum quorundam invexit. (a) Qui enim spiritus tempore persecutionis veluti nidulabantur, diutius non poterant compeſci. Quamquam autem aliquo temporis tractu ordinatio Ministrorum, eorundemque à munere remotio, Episcopum tantum non à Presbytero discerneret, ad πρῶτα tamen majora successu temporis magis magisque deventum. Cœperunt etiam Episcopi negotiis secularibus immisceri, contentiones disceptando civiles: Unde, Jus Canonicum nostris moribus ad Civile Jus pertinentia non pauca habere observes. Cave tamen credas, invitis Imperantibus Episcopos hisce se partibus ingessisse, contrarium enim publica edicta testantur: Si qui (verba sunt Arcadii Imperatoris ad Eutychianum) ex consensu apud sacra legis Antistitem litigare voluerint, non vetabuntur, sed experientur illius incivili duntaxat negotio more arbitri sponte residentis iudicium. (b) Hac ille.

§. 8. Episcoporum facta nonnulla mentione, ad Chor-Episcopos quoque quam celerrime lustrandos invitamur. Præpositis sane nostris hi erant, quam

(a) D. Quenst. Antiq. Bibl. & Ecclesiast. p. 76.

(b) Conf. D. Quenst. l. c. add. Hist. Trip. l. 1. c. 9.

quam similes, pagis enim ruralibus (unde & iis nomen hæsit) e Presbyterorum cœtu communibus suffragiis erant præfecti, ceteris Presbyteris majores, solis autem oppidorum Episcopis, quibus administrationis reddenda erat ratio, inferiores. Episcoporum igitur munus uti Chor-Episcoporum dignitate antestabat, ita de eo quoque non raro altercationes contentionesque extitisse, Gregorii Nazianzeni (a) Basilique Magni, cum aliis dimicantium, exemplo edocemur.

§. 9. Hæc igitur jurgia! Archi-Episcopis seculo quarto occasionem dedere, quorum originem an, recte à Seculo usque Primo arcessant nonnulli Historiæ Ecclesiasticæ Scriptores, breviter dispiciamus. Ad epistolam Clementis Jacobo scriptam provocatur, Metropolitanos seu Archi-Episcopos nominantem. Si vero uspiam, hic certe, Davus pro Hero, & Clementaster quispiam, ut cum Danhavvero loquar, pro Clemente loquitur. (b) Nimirum Pontificii ex Seculo octavo Mercatorem supposuere, qui per suam de Petri morte narrationem Jacobo jam pridem defuncto factam, omnem apud eruditos fidem penitus decoxit. Et quanquam benignos satis nactus sit causæ suæ vindices, Baronium puta & Bellarminum, ἐναλλαγήν nominis Jacobi pro Simeo-

B 3

ne

(a) apud Thomam Magistrum.

(b) vid. M. Ant. de Dominis de Republ. Eccl. l. 3. c. 1. n. 2. conf. Cassar. Zieglerus de Episcopis Lib. 1. cap. 4. §. 3. seqq.

ne commentos, tantum tamen abest, ut sic laboranti succurrant, ut potius omnium cachinnis ludibriisque exponant. Nec deest alia, quæ ipsi fidem de- roget, narratio, successisse videlicet in locum Archiflaminum Metropolitanos Patriarchasque. At quomodo hæc dicere potuit verus Clemens, vivens inter ipsos gentiles? Et non modo Clementis ætate, sed 300. annis post Clementem superstites adhuc erant Archiflami- nes. (a) Quando igitur nonnulli Metropolitanos Se- culo Primo transcribunt, id sine nota ἀκυρολογίας transmittendum non est.

§. 10. Hierarchiam porro Ecclesiasticam Se- culum Quintum auxit novo ordine Patriarcharum, quorum nomen dignitatem antiquitatemque brevi- ter juverit lustrasse. Quod ad illud attinet, ἀπὸ τῆς πατρίας, non ἀπὸ τῆς πατρὸς (b) est progeneratum, vi- que vocis familiæ Ducem, usu vero Veteris Testa- menti non solos καὶ ἐξοχὴν sic dictos Abrahamum, Isaacum &c. sed uti exemplo filiorum Jacobi hoc no- mine venientium patet, (c) illustris familiæ princi- pem, Ecclesiasticis denique Scriptoribus primum in Metropolitanis designat. Scilicet cum Roma, Ale- xandria, Antiochia & Byzantium non urbes, sed or- bem repræsentare viderentur, (d) plus auctoritatis harum

(a) Ampl. Normannus loc. cit.

(b) Caspar. Zieglerus de Episcopis Lib. 1. c. 5. §. 1.

(c) Act. 7. 8.

(d) Vid. Hegesippum Juniores De excidio urbis Hieros. l. 3. c. 5. apud Mar. Ant. de Dominis De Republ. Ecclesiastica l. 3. cap. 10. p. 313.

harum urbium Antistitibus præ reliquis est delatum. Quibus quod etiam accesserit sedes Hierosolymitana, non splendor urbis, utpote Sec. I. Anno 71. vel circiter excidium passæ, sed intuitus veteris prærogativæ effecit. Hic enim sedem tempore Veteris Testamenti Ecclesia Dei fixerat, hic in Novo vitam Sanctissimus Jesus transegerat, docuerat, Apostolicamque Ecclesiam instituerat, unde illa inter hanc sedemque Romanam de primatu nata contentio. Et certe si mortibus piorum quidpiam tribuitur, in nulla Ecclesia, quod sedi opponatur Hierosolymitanæ, reperiatur, quippe quæ ipsius Salvatoris, Jacobi, plurimumque aliorum vidit martyria. Eat nunc Papa Romanus, Petrique & Pauli martyria jactet: ea nunc Victor, sibi que primas præ Orientalibus vindicet.

§. II. Sed ad Patriarchatum Alexandrinum regredimur, seculone Quarto, an Quinto transcribendus sit? visuri. Prior sententia quamvis & multis & magnis non destituatur Patronis, ejus tamen fundamenta indubia ad huc dum desideramus. Fit, fateor, apud Socratem (a) mentio Patriarcharum, fit item apud Nyssenum aliosque Seculi Quarti Scriptores, inde tamen veros fuisse Patriarchas nequicquam conficies. Fuit enim tum temporis usu receptum, Metropolitanum quemlibet hoc nomine appellare, non aliter atque Gregorius Nazianzenus omnes 150. Patres in Concilio Constantinopolitano coactos,

(a) *vid. Hist. Trip. l. 9. 13. p. m. 508.*

coactos, licet unus tantum Nectarius proprie talis adesset, hoc nomine est dignatus. (a) Nec juvat hic Vopiscus, cujus hæc sunt verba: *Ipse ille, inquit, Patriarcha cum Ægyptum venerit, cogitur adorare Serapidem & Christum.* Ad quæ verba videantur Casaubonus & Salmasius. (b) At ibi certe Casaubonum, in Casaubono, Salmasiumque in Salmatio duplici nomine desideramus, uno quidem, quod nullus apex adsit de Patriarcha Alexandrino, altero, quod propriam voci Patriarchæ tribuant significationem. Prioris sententiæ jugulum hic mucro petit, quod de Alexandrino dici non possit, eum venisse in Ægyptum, ubi commorabatur. Deinde, quomodo is sua sponte non adoraret Christum, cujus cultum aliis instillabat? Videntes hoc Viri summi Scaliger, Jacobus Gothofredus, Seldenus & Spanhemius, à Casaubono-Salmasiana opinione facti sunt alieni, quibus Ducibus non Alexandrinum, sed Judæorum Patriarcham intelligendum esse asserimus. Propriam vero, quam hic tuebatur Salmasius, vocis Patriarchæ significationem ipse postmodum subruit sua, quam alio in loco cecinit, *παλινοδία.* (c)

§. 12. Sed his missis, quæ remotiorum fuere temporum, trium nostræ ætatis magnarum, uti vocantur, Religionum, Pontificiæ puta, Reformatæ & Luthe-

(a) videatur Canon. 2. Synod. 2. Oecumenica & canon. 2. Synodi Nicæna.

(b) in Notis ad Vopiscum.

(c) in Libro de Primatu Papæ Romani.

Lutheranæ Episcopos ad formam primitivæ Ecclesiæ exigemus. Neque enim minores illas Anabaptistarum, Socinianorum, Arminianorum aliorumque id genus sectas attingere lubet, cum eorum, qui à Rom, communione discesserunt, corpus in duas ferme aequales partes Lutheranorum & Reformatorum divisum sit. (a) Quantum igitur ad Pontificem Romanum, personam ille civilem potius, quam Ecclesiasticam gerit, quippe qui Principum ad instar in Romanam urbem cum agris in ripa Tiberis, sive ulteriorem sive citeriorem spectes, positus, in personas item & bona Ecclesiastica universæ Ecclesiæ Romanæ imperium exercet. Si quærat, quo illud titulo? donatio obtenditur Constantini Magni, quæ tamen, partim ab Eusebii, Ruffini, Socratis, Theodoret, Sozomeni, Euagrii, Orosii, Bedæ, Zonaræ, Pauli Diaconi & Onuphrii Panvini, qui vitam & res gestas Constantini Imperatoris & Sylvestri Pontificis annotarunt, partim Parrum Hieronymi, Augustini, Chrysostomi, Athanasii, Basilii, Ambrosii, Nazianzeni, Gregoriique Nysseni silentio, nec non Adversariorum, uti Vallæ, Æneæ Sylvii, Roberti Coci, ceterorumque confessione falsitatis jam pridem est convicta. (b) Præterea in ditione Pontificis sunt Ducatus Beneventanus, nec non Ferraræ, Urbini

C

Spole-

(a) Puffend. De Monarchia Pont Rom. p. m. 176.

(b) Vid. Diss. Mag. Henr. Alti Helmstad. An 1661. Diss. Voëtii Vol. II. Diss. n. IV. Besm. Notis. Dignis. p. m. 346. a.

Spoletique Ducatus, Anconæ Marchionatus, Bononia & Ravenna, Comitatus denique Avenionensis: singulæ terræ tam fertilitate magna, quam incolarum frequentia commendabiles. Unde illa immensa, vis reddituum Scriptoribus passim decantata, quæ propinquos etiam Papæ facit locupletari. De Sixto V. & Gregorio XV. commemoratur, illum Pontificatu quinquennali familiæ suæ ultra tres Ducatorum aureorum milliones, hunc autem mensium solummodo 25. regimine tres Scutatorum milliones, morientem suis reliquisse. (a)

§. 13. Ceterum civile illud Papæ regimen in Ecclesiam ea nititur hypothesi, qua Clericos statuitur à potestate seculari esse exemptos; quod evicturi Papistæ Josephum & Davidem obtorto, quod dicitur, collo in sua castra trahunt. Factum enim, Josephi omnem eminentis Ægypti terram רָק אֶרֶץ הַכֹּהֲנִים (b) ad Clericos accommodant, cum nondum (verbis utor Tarnovii) (c) firmiter sit probatum, ibi voce כֹּהֲנִים intelligi Sacerdotes, quum praesides rectius intelligantur, ob subjectam materiam. (2) Illi sacerdotes erant idololatra, nisi ex jure natura velis argumentari & à minus ad magis, non ut vulgo fit, à pari. (3) non legis vigor, sed regis favor, non statutorum, sed eras peculiaris

(a) Puffendorf. de Monarchia Pontificis Romani p. m. 133. seq.

(b) Gen. 47. 22.

(c) in cap. 1, Thren. p. 22.

peculiaris Regis gratia & privilegium. Davidis vero ef-
fatum, quo Dei unctos tangere vetamur, ad Sacer-
dotes trahunt, cum *sermo hic fit* (verba sunt Magni
Gejeri) (a) *non de Clericis N. T. sed Prophetis V. T. non*
poteſtate politica legibus conformi, ſed injuſta violen-
tia &c.

§. 14. Si nunc Calvinianorum, vel, ut omni-
um lubentiffime cupiunt ſalutari, Reformatorum (b)
Episcopos volupe fuerit luſtrare, in doctrina qui-
dem multum, dignitatis vero *ὑπεροχῇ* parum discri-
minis eos inter Pontificioſque Episcopos invenire
licer. Procerum enim nomine (*The Spiritual Lords*)
ſe appellari patiuntur Episcopi Anglicani, ſedesque
ſuās in ſuperiori domo Parlamentaria habent. De
Cantuarienſi & Eboracenſi memoriae proditum eſt,
utrumque titulo venire Primatis, ita tamen, ut ille
Primas totius Angliæ, hic vero Primas Angliæ ſo-
lummodo nuncupetur. Ille omnes Duces, niſi ſan-
guine Regio oriundos, hic ſecundum à Ducibus lo-
cum occupans omnes Comites præit, ille juſ inun-
gendi Regis, hic inungendæ Reginæ habet. Abit
quidem ab inſtituto hoc Episcopali ſecundum exte-
riorem forinam Calvinus, quippe qui Presbyteri-
um quoddam, quod ceteris anteſtaret, in Eccleſia
Genevenſi conſtituit. *Sed tamen re ipſa* (verba ſunt

C 2

Celeb.

(a) *Com. in Pſalm. 105. 15.*

(b) *Vid. Artiſcium Delile Myſticum D. D. Suenonii p. m. 626.*

(b) *Loc. cit.*

Celeb. Normanni) quicquid Episcopus Pontificius sibi fumere solet, id sibi Calvinus sumsit, id Calvinii successor Beza, & ita porro reliqui apud Genevenses Antesignani. Videlicet eadem plane ratione, cujusmodi in re seculari habemus exemplum Cronwellii, qui jactitavit se intra decennium id effecturum, quod nullus Rex postea effecturus esset. Dixit autem se nolle regnum suscipere nomine Regis, sed Tutoris. Ubi autem regno potitus est, non opinamur nostro seculo fuisse Tyrannum, qui αὐτοδυσπτεία καὶ παυσασιδεία, vel potius tyrannide Cronwellium hunc superaverat, ita Reformatorum is genius, is spiritus est, ut quidem dicant se formam proximam sequi Apostolorum temporibus, sed meram quandam ἀναρχίαν introducant in Ecclesiam Dei. (a) Exemplo esse potest & Independentium colluvies, quæ uti nullis certis cultus Divini formulis aut præceptis adstringi, nec ab ullo siue Ecclesiastico siue politico dependere imperio volunt, ita omnibus fanaticis tutissimum eo nomine perfugium præbent & a licentiam fenestram aperiunt. (b) Nimirum iis contingit, quod Rhetorum Magister Isocrates olim prodidit, τὰ ἄεματα τῆς ἡνιόχης ἀποβάλλοντα ἀτάκτως Φέρεσθαι διαμαρτάνοντα τῶν εὐθυνόντων; (c) ita ut ruptis pietatis humanitatisque repagulis cælum, quod ajunt, terræ misceant.

§. 15. Pro instituto denique nostro superest,
ut

(a) loc. cit.

(b) Gen. Puffendorff. Introd. ad Historiam p. m. 271.

(c) orat. ad Dæmonicum paranesi XV. p. m. 66. seqq.

* (21) *

ut Sveciæ, patriæ dulcissimæ, eique vicinæ Daniæ
Episcopos verbo attingamus. Hic utut sint, quæ
primitivæ Episcopos Ecclesiæ ab hisce secernant,
verbi gratia, gubernatio civilis, quam illis delatam
fuisse constat, numerus deinde illorum auctior, (sin-
gulæ enim urbes majores singulis gaudebant Episco-
pis) hos tamen tam fuga dominationis in clerum,
quam pompæ secularis vitæque studium incul-
patæ ad illos quam proxime facit
accedere.

SOLI DEO GLORIA!



C 3

Ne

NE quæ rudioribus hisce pagellis continentur, augustum nimis differendi campum pandere videantur, bina præsentia quæ dantenus affinia argumenta, ad nutum Magnifici Excellentissimique Domini Præsidis, ex Theologia Polemica subjicere lubet.


COROLLARIA.


I.


Sacra Oracula publice enarrare, & Sacramenta a Christo instituta administrare, non nisi legitime vocatis licet, Recte Aug. Conf. Art. 14. *De ordine Ecclesiastico docent*, (nostræ Ecclesiæ) *quod nemo debeat in Ecclesia publice docere aut Sacramenta administrare, nisi rite vocatus.*

II.

Verum esse Ecclesiasticum, quod in cœtu Lutherano est, Ministerium à Pontificiis invita veritate negatur.







* (20) *

celeb. Normanni) quicquid Episcopus Pontificius sibi
 re solet, id sibi Calvinus sumsit, id Calvinus successor
 & ita porro reliqui apud Genevenses Antesignani.
 eadem plane ratione, cujusmodi in re seculari
 exemplum Cronwellii, qui jactitavit se intra de-
 effecturum, quod nullus Rex postea effecturus
 autem se nolle regnum suscipere nomine Re-
 ulli autem regno potitus est, non opi-
 lo fuisse Tyrannum, qui autodidactica &
 tius tyrannide Cronwellium hunc su-
 peravit. auctorum is genius, is spiritus est, ut
 quidem in proximam sequi Apostolorum
 temporibus eandem divitiarum introducant in
 Ecclesiam Deo esse potest & Independ-
 entium col- nullis certis cultus Divini
 formulis aut prae nec ab ullo sive Ecclesia-
 stico sive politico. io volunt, ita omnibus
 fanaticis tutissimum. fugium praebent & a
 licentiam fenestram ap- irum iis contingit,
 quod Rhetorum Mag- olim prodidit,
 ta aequata τὰς ἡνιόχους ἀν- ως Φέρεσαι δια-
 μαρτύρονται τῶν ἐυδυνόντων; ptis pietatis
 humanitatisque repagulis ajunt, ter-
 rae misceant.

§. 15. Pro instituto deniq

(a) loc. cit.

(b) Gen. Puffendorff. Introd. ad Historiam p. m.

(c) orat. ad Dæmonicum paranesi XV. p. m. 66. seqq